



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Petrus Gallesinivus Apostolicus Clericis Mediolanensibus S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

PETRVS GA-  
LESINIVS PROTONO-  
TARIVS APOSTOLICVS CLE-  
RICIS MEDIOLANEN-  
SIBVS S.



*C*AROLO Cardinale Borrho-  
maeo authore, libros de rhetorica  
Ecclesiastica tres, Augustinus  
Valerius Episcopus Veronæ, vo-  
bis præscripsit, nõ enucleatè solũ,  
sed vtiliter maximè. rhetorum enim præceptio-  
nem, non variam, est complexus, sed quæ ab A-  
ristotele tradita, accommodari rectè potest ad  
optimum Ecclesiastici oratoris vsum. Nec verò  
præceptum vllum reliquit, quod vtile iudicaret  
ad huius rei rationem. Ordinem præter à in hac  
scriptione adhibuit illius, quem sibi ad imitandum  
proposuerat, nobilis philosophi. quo ordine nihil  
excogitari potest distinctius. definiuit primò  
Christiani oratoris officium, finem eidem pro-  
posuit, de materia disseruit, singulaq; illius gene-  
ra persecutus, certas sedes ostendit, vnde argu-  
menta promer etis. deinde tractauit, quæ ad Chri-  
stianas animi commotiones, & singularum æta-  
tum, ordinumq; mores pertinet. postremò, qua dis-  
positio-

P R A E F A T I O.

positione, quo elocutionis genere sit utendum, aperuit: de imitatione etiam, quæ multum momenti habet ad dicendi laudem, graviter præcepit, de digressionibus item egregie admodum: Quæ verò a concionis conformationes spectat, propter quas in tantum honorem ascendit eloquentia, vobis illa diligenter exposuit, notatis antiquorum patrum exemplis, & suis etiam ad præceptionem magis illustrandam adhibitis. Locos item, quos vsui vobis aliquando fore censuit, studiosè docuit, ut de sacrarum literarum auctoritate, de traditionibus, de pontificum sanctionibus, de concilijs, de patrum doctrina, ac de tota theologiæ ratione. Quid multis? hoc in genere cum benè dicendi præcepta vobis tradidit, tum etiam benè viuendi. siquidem de virtutibus Christianis amplectendis dixit, rursusque de vitijs fugiendis. Sed nolo singula persequi, quæ ille multa, & grauia, & utilia his libris accuratè, copiosèq; disputauit, atque ita quidem, ut adiumentum attulisse videatur, non rudibus solum, sed doctis, tum ad Ecclesiastico more dicendum, tum ad iudicandum. Quare hoc vobis persuasum esse volo, libros hos, sententijs graues, eruditos, moribus Christianæ reip. accommodatos, vtilisq; ad antiquæ patrum eloquentiæ vsu reuocandum, vobis profuturos plurimum. hoc sanè commodum, quod certè maximum est, à sapientissimo

tristimo

P R A E F A T I O .

riſſimo Cardinale, communi veſtrūm omnium pa-  
ſtore, & parente, vobis affertur ex induſtria tan-  
ti viri, cui hoc ſingulari beneficio in perpetuū de-  
vinci eſtis. Itaque quantum animo conſulti pote-  
ſtis, quantum labore contendere, tantum efficite,  
vt, cum hoc, aliaq̄ omnia ad rectè agendum ſubſi-  
dia, vobis ab illo ſuppeditata ſint, ne ipſi vobis de-  
ſuiſſe videamini. Beneficium autem, quod in vos  
præclarū Episcopuſ contulit, gratia memoria vos  
proſequi oportet. quod omne, vt ſpero, aſſequemi-  
ni induſtria veſtra, quæ et in hiſ libris ſtudioſè le-  
gendis magna eſſe debet, & in eo penè ſingularis,  
vt doctrinarum ſtudijs vitæq̄ diſciplina vberem  
fructum non huic vrbi ſolūm afferatis, ſed alijs  
etiam locis, vbi exemplo veſtro poſſit, bene  
iuuante Deo, in omnes partes diſſemi-  
nari ſolida illa Chriſtiana reli-  
gionis pietas. Valete in  
Domino.

B 3

D E